

BUS.

ymus, glandula
vermiformis is
sunt.
colus, tenuis,
ad umbilicem
dus, subinde

ultimum intelli-
ta materia, que
replentur.
peculiari mem-

membrana, que
brana jam ante


ferui peculiaris
& in ligamenta

ologia, & in
ita fuit.

ANGIOLOGIA

ANGIOLOGIA
SEU
DOCTRINA
DE VASIS.

Q



ELENCHUS ANGIOLOGIÆ.

DE vasis generatim.

De arteriis generatim.

Systema arteriæ aortæ.

Aorta dat 1. arterias coronarias cordis.

2. Dein arcum aortæ, &

3. Aortam descendentem.

Arcus aortæ dat I. arteriam innominatam, ex qua
Carotis dextra, &
Subclavia dextra oritur,

II. Carotidem finiftram.

III. Subclaviam finiftram.

Carotis dividitur in carotidem externam, & internam.

Carotis externa dat 8. ramos in collum, & faciem.

1. Thyroidea.

2. Sublingualis.

3. Maxillaris inferior.

4. ————— externa, ex qua
facialis,
coronaria labiorum,
angularis.

5. Maxillaris interna, ex qua
Sphenomaxillaris.
Alveolaris inferior.
Spinosa.

6. Occipitalis.
7. Auditoria externa.
8. Temporalis.

Carotis externa dat in cavo cranii 4. ramos.

1. Cerebralem anteriorem.
2. ————— posteriorem.
3. Centralem nervi optici.
4. Orbitalem internam.

Subclavia dat 4. ramos.

1. Mammariam internam.
2. Cervicalem.
3. Vertebralem, ex qua
 basilaris.
 auditoria interna.
 meningeae posterior.
4. intercostalem superiorem.

Subclavia continuatur in axillarem, axillaris in brachialem.

Axillaris dat 1. mammariam externam.

2. Thoracicam inferiorem.
3. Scapularem.
4. Humeralem.

Brachialis dat:

1. Vasa lateralìa.
2. Cubitalem.
3. Radialem.

Cubitalis dat, 1. recurrentem.

2. Interosseam externam.

3. ————— internam.

4. Arcum palmarem.

5. Digitales.

Radialis dat recurrentem.

Aorta descendens dat in pectore 4. ramos.

1. Bronchiale.

2. Oesophageam.

3. Intercostales inferiores.

4. Diaphragmaticas inferiores.

Aorta descendens dat in abdomine 8. ramos.

1. Celiacam, ex qua

Stomachica.

Hepatica.

Splenicam.

2. Meseraicam superiorem.

3. Renales.

4. Spermaticas.

5. Meseraicam inferiorem, ex qua
hæmorrhoidalis interna.

6. Lumbares.

7. Sacrales.

8. Iliacas.

Iliacæ dividuntur in internam, & externam.

Iliaca interna dat 5. ramos.

1. Iliacam parvam,

2. Gluteam.

Iſchiadicam.

Pudendam communem,

Obturatoriam.

Iliaca externa dat,

Epigaſtricam, &

Continuatur in *cruralem*, hæc in *popliteam*.

Poplitea dat,

Tibialem anticam.

—— poſticam, ex qua

Peronea.

Arcus plantaris.

Arteriæ plantares.

Systema arteriæ, & venæ pulmonalis.

Arteria pulmonalis dat dextram, & ſiniſtram.

Venæ pulmonales dant 4. ramos.

Systema venæ cavæ.

Vena cava dat ſuperiorem, &
inferiorem.

Rami venæ cavæ ſuperioris ſunt,

Subclaviæ.

Jugulares externæ.

Jugulares internæ.

Azygos.

Rami jugularis externæ ſunt,

Frontalis.

Angularis.

Temporalis.
Auricularis.
Sublingualis.
Occipitalis.

Rami jugularis internæ sunt,
Sinus laterales duræ matris.
Laryngea.
Pharyngea.

Rami venæ azygos sunt,
Vertebrales.
Intercoſtales.
Bronchiales.
Pericardina.
Diaphragmatica.

Rami venæ ſubclaviæ ſunt,
Mammariæ.
Thyroideæ.
Axillares.

Rami venæ axillaris ſunt,
Brachialis.
Cephalica.
Baſilica.
Mediana.
Salvatella.
Cephalica pollicis.
Digitales.

Rami venæ cavæ inferioris ſunt,
Hepaticæ.

Renales
Spermat
Lumbales
Sacrales
Iliacæ.

Venæ iliacæ divi
In iliacæ
In iliacæ

Rami iliacæ int
Obturator
Pudenda
Hæmorrhoidales

Rami iliaci ex
Epigaſtrici
Craniales

Cruralis, ſeu femoralis

Popliteæ rami ſunt

Tibiales
Tibiales
Peroneæ
Surales.
Cephalicæ
Saphenæ
Dorsales
Plantares
Digitales

Renales.
Spermatice dextra.
Lumbares.
Sacræ.
Iliacæ.

Venæ iliacæ dividuntur,

In iliacam internam, &
In iliacam externam.

Rami iliacæ internæ, seu *hypogastricæ* sunt,

Obruratoria.
Pudenda dorsalis.
Hæmorrhoidales externæ.

Rami iliaci externæ sunt,

Epigastrica.
Cruralis.

Cruralis, seu *femoralis* continuatur in venam popliteam.

Popliteæ rami sunt,

Tibialis antica.
Tibialis postica.
Peronea.
Surales.
Cephalica pollicis.
Saphena.
Dorsales pedis.
Plantares.
Digitales pedis.

Systema venæ portæ.

Dividitur in ventralem, & hepaticam.

Ventralis nascitur ex vena meseraica magna.

— — hæmorrhoidali interna.

Vena portæ hepatica dat ramos hepaticos.

Circulatio sanguinis in fœtu.

De vasis lymphaticis generatim.



DE VA

VASA sunt can-
guinem,

DIVISIO valo-
lymphaticis

SITUS. Præter
deam, de
habent. Ar-

DE ART

ARTERIE sunt
pullant, se-
nem a con-

VENÆ sunt etiam
qui non p-
arque sangui-

Origo omnium

1. Arteria p-

2. Arteria

culo in-



DE VASIS IN GENERE.

VASA sunt canales membranacei, longi, qui sanguinem, vel alium humorem vehunt.

DIVISIO vasorum est in *arterias*, *venas*, & *vasa lymphatica*.

SITUS. Præter epidermidem, membranam arachnoideam, & ungues, omnes partes corporis vasa habent. Arteriæ venis profundiores sunt locatæ.

DE ARTERIIS GENERATIM.

ARTERIÆ sunt canales longi, membranacei, qui pulsant, sensim angustiores fiunt, & sanguinem a corde ad alias partes vehunt.

VENÆ sunt etiam canales longi, membranacei, sed, qui non pulsant, qui sensim latiores fiunt, atque sanguinem a partibus ad cor revehunt.

ORIGO omnium arteriarum est a corde, nempe

1. *Arteria pulmonalis*, quæ a dextro, &
2. *Arteria aorta*, quæ a sinistro cordis ventriculo incipit.

DIVISIO unius arteriæ est in truncos, ramos, ramulos, & vasa capillaria.

FINIS. Desinunt arteriarum extremitates,

1. in *venas capillares*.
2. in *vasa exhalantia*.
3. in *vasa secretoria*.
4. in *vasa serosa*.
5. in *alias arterias per anastomofim*.

SUBSTANTIA. Arteriæ ex *tribus* membranis constant.

Extima est *communis*.

Media — *muscularis*.

Intima, quæ *glabra* est, & *polita*.

Has membranas adeunt arteriolæ, venulæ, nervuli.

USUS. Arteriæ sanguinem a corde ad partes vehunt, pro nutritione, vitæ conservatione, calefactione, & secretione variorum humorum.

SYSTEMA AORTÆ.

AORTA oritur ex sinistro cordis ventriculo, *arcum* facit versus dorfi vertebrae, per thoracem descendit, & per hiatus diaphragmatis exit in abdomen, in quo juxta finitrum latus spinæ dorfi ad ultimam vertebrae lumborum descendit, ibi duos in ramos, seu in *arterias iliacas* dividitur.

In hac via sequentes ex aorta oriuntur rami.

ARTERIÆ CORONARIÆ CORDIS. Ex aorta statim supra valvulas semilunares oriuntur, & in sub-

stantiam
buntur
ARTERIA IN
statim
riam subel
tram divi
ARTERIÆ CA
ascendun
dem exte
CAROTIS EX
regione
dispers
1. Arter
roid
2. Arter
superf
3. Arterian
ternis
xilla p
4. Arterian
maxilla
ascend
ris voc
coron
5. Arterian
maxill
ascend
rem i

stantiam cordis auricularum, & aortæ distribuuntur.

ARTERIA INNOMINATA ex arcu aortæ oritur, & statim iterum in duos ramos nempe in arteriam *subclaviam dextram*, & *carotidem dextram* dividitur.

ARTERIE CAROTIDES ad laryngem usque, recta ascendunt, & ibi in duos ramos, in *carotidem externam*, & *internam* dividuntur.

CAROTIS EXTERNA juxta aurem ad temporalem regionem ascendit, & in hoc itinere 8. ramos dispergit.

1. *Arteriam thyroideam*, quæ ad glandulam thyroideam abit.
2. *Arteriam sublingualem*, quæ in linguam abit, superficiem inferiori inserta *ranina* vocatur.
3. *Arteriam maxillarem inferiorem*, quæ externis glandulis, & musculis colli, & maxillæ prospicit.
4. *Arteriam maxillarem externam*, quæ super maxilla inferiori ad angulum internum oculi ascendit, atque etiam *facialis*, & *angularis* vocatur. Ex faciali proveniunt *arteriæ coronariæ* labiorum oris.
5. *Arteriam maxillarem internam*, quæ retro maxillam inferiorem in orbitam usque ascendit, & juxta rimam orbitalem inferiorem in tres dividitur ramos.

1. In *Sphenomaxillarem*, seu *infraorbitalem*, quæ canalem infraorbitalem ingreditur, & in foramine ejus antico in faciem emergit, atque in musculos faciei distribuitur. In hoc itinere etiam naribus, orbitæ, duræ matrî, & dentibus maxillæ superioris ramos elargitur.
2. In *spinofam*, quæ per foramen spinosum cranium ingreditur, juxta os temporis, & angulum inferiorem anticum ossis parietalis ascendit, atque in duram matrem distribuitur.
3. In *alveolarem inferiorem*, quæ canalem mentalem posterius ingreditur, & antè ex illo in maxillam inferiorem emergit. In canali mentali dentibus maxillæ inferioris ramulos elargitur.
6. *Arteriam occipitalem*, quæ intra processum styloideum, & mamillarem in musculos ad occiput abit.
7. *Arteriam auditoriam externam*, quæ in auriculam, & meatum nuditorium externum distribuitur.
8. *Arteriam temporalem*, quæ ante aurem ascendit, & ramos *temporalem*, *frontalem*, & *occipitalem* elargitur.

CAROTIS INTERNA per canalem caroticum ossis temporis cavum cranii ingreditur, varias *flexturas* in eo facit, & in ramos *cerebrinos an-*

tics, &
abeunt.
Ante hanc
tralem
Centralis m
& in re
nissimus
lentem c
vocat.
Orbitalis
rem orb
deam b
ARTERIE S
minata
Singula
trosum
ria subax
Arteria sub
1. Mammar
descendit
formem.
2. Cervical
distribuit
3. Vertebra
transversa
occipital
quo cur
cessum

ricos, & posticos, qui in cerebri corticem abeunt, dividitur.

Ante hanc divisionem dat adhuc *arteriam centralem nervi optici, & orbitalem internam.*

Centralis medullium nervi optici ingreditur, & in retina membrana oculi distribuitur. Tenuissimus ramulus per humorem vitreum in lentem cristallinam pergit, & *arteria optica* vocatur.

Orbitalis interna per rimam orbitalem superiorem orbitam intrat, & in membranam choroideam bulbi distribuitur.

ARTERIE SUBCLAVIÆ. *Dextra* ex arteria innominata, *sinistra* ex ipso arcu aortæ nascitur.

Singula juxta claviculam arcus instar flectitur extorsum in cavum subaxillare, in quo *arteria subaxillaris* vocatur.

Arteria subclavia dat 4. ramos.

1. *Mammariam internam*, quæ juxta sternum descendit sub costis ad cartilaginem ensiformem.
2. *Cervicalem*, quæ in musculos, & cutem colli distribuitur.
3. *Vertebralem*, quæ per foramina 7. processuum transversalium colli ascendit, & per foramen occipitale magnum, cranii cavum intrat, in quo cum arteria vertebrali socia circa processum basilarem ossis occipitis, anastomo-

fat, & sic arteriam basilarem format, ex hac oritur.

Arteria auditoria interna, quæ per meatum auditorium internum in cavitatem auditus distribuitur.

Arteria meningea posterior, quæ ad duram matrem pergit.

Arteriæ spinales, quæ in specum vertebralem abeunt, & medullæ spinali antè, & postèrius incumbunt.

4. *Intercostalem superiorem*, quæ in 3. ramos divisâ a capitulis posterioribus costarum in margine earum inferiori ad sternum decurrunt.

ARTERIA AXILLARIS continuatur in *brachialem*, quæ sub tendine muscoli pectoralis majoris juxta internum marginem muscoli bicipitis ad flexuram cubiti decurrit.

Axillaris dat *mammariam externam*, quæ ad mammas abit.

Thoracicam inferiorem, quæ juxta marginem scapulæ inferiorem descendit.

Scapularem, quæ in externam, & internam dividitur, & in musculos infra, & supra scapulam locatos distribuitur.

Humeralem, quæ circa caput humeri dividitur.

ARTERIA BRACHIALIS penes marginem internum muscoli bicipitis descendit in cubiti flexuram, & sub expansione tendinea muscoli bicipitis dividitur in *arteriam cubitalem*, & *radialem*.

Sed in med
duos, vel
laterales
chii an
ARTERIA RAD
volam ma
arterias
brachii d
ascendit,
dense art
ARTERIA CU
sub liga
nit, in
Arteriam
merum
in unum
Arteriam in
ternam se
infra liga
tibrachii
Arcum pal
musculo
hoc arcu
ies, quæ
ramos se
decurrunt
AORTÆ
ORTA DESC
que 4. da

Sed in medietate circiter dat arteria brachialis duos, vel tres ramos laterales, quos *arterias laterales* vocant. Hæc vasa cum vasis antibrachii anastomosim faciunt.

ARTERIA RADIALIS penes radium descendit in volam manus, in qua pollicis, & digito indici *arterias digitales* dat, & in medietate antibrachii *arteriam radialem recurrentem*, quæ ascendit, & cum ramo laterali, seu descendente arteriæ brachialis anastomifatur.

ARTERIA CUBITALIS penes cubitum decurrit, & sub ligamento carpi ad volam manus pervenit, in hac via dat.

Arteriam cubitalem recurrentem, quæ ad humerum redit, & cum arteria laterali brachii in unum truncum coit.

Arteriam interosseam, quæ in *externam*, & *internam* se dividit, quarum una supra, altera infra ligamentum interosseum in musculos antibrachii se distribuit.

Arcum palmarem, quem cubitalis arteria sub musculo palmari in vola manus format, ex hoc arcu palmari oriuntur 4. *arteriæ digitales*, quæ circa primam phalangem in duos ramos se dividunt, qui ad apices digitorum decurrunt.

AORTÆ DESCENDENTIS RAMI.

AORTA DESCENDENS ab æcu ad diaphragma usque 4. dat ramos.

1. *Arterias bronchiales*, quæ ad vesiculas pulmonales, & bronchia.
2. *Arterias œsophageas*, quæ ad inferiorem partem œsophagi.
3. 8. *Paria arteriarum intercostalium inferiorum*, quæ in inferiori margine 8. costarum inferiorum ad sternum usque decurrunt.
4. *Arterias diaphragmaticas inferiores*, quæ ad diaphragma abeunt.

AORTA DESCENDENS in abdomine dat 8. ramos.

1. *Arteriam cœliacam*, quæ solitaria est, & sub ventriculo in tres ramos dividitur.

in *arteriam stomachicam*, quæ ad ventriculum abit, & ei *coronariam* dat.

in *arteriam splenicam*, quæ ad splen abit, sed simul ramum *pancreaticum*, *epiploicum*, *gastricum sinistrum*, & *vasa brevia* format.

in *arteriam hepaticam*, quæ ad hepar abit, sed simul aliis visceribus ramos dat sub nomine *arteriæ gastricæ dextræ*, *pyloricæ*, *duodenalis*, *epiploicæ*, *cysticæ*.

2. *Arteriam meseraicam superiorem*, quæ in intestino jejuno, cæco, & colon dextro ramos dat.

3. *Arterias renales*, quæ ad renes abeunt, & simul arterias *suprarenales*, & *adiposas* renum formant.

4. *Arterias*

4. *Arterias*
muscul
ing
bus
5. *Meseraic*
strum
riam
6. *Arteria*
rum,
etiam
tur,
7. *Arteria*
sacr
8. *Arteria*
divi
batur
ARTERIA ilia
ternam.
ARTERIA iliac
vocatur,
in 5. ran
videntur.
1. *Arteria*
urinari
bilical
eum a

4. *Arterias spermaticas*, quæ in lumbis super musculo psoas descendunt, & per annulos inguinales ad testiculos abeunt, in mulieribus autem ad ovaria distribuuntur.
5. *Meseraicam inferiorem*, quæ ad colon finistrum decurrit, & intestino recto dat arteriam hæmorrhoidalem internam.
6. *Arterias lumbares*, quæ ad musculos lumborum, & abdominis distribuuntur, & ibi etiam arteriæ hypogastricæ externæ dicuntur, harum 5. vel 6. sunt paria.
7. *Arterias sacras* tres, vel duas, quæ juxta os sacrum descendunt.
8. *Arterias iliacas*, in quas aorta descendens dividitur circa ultimam vertebra[m] lumbarem.

Arteriæ iliacæ.

ARTERIÆ iliacæ se dividunt in *externam*, & *internam*.

ARTERIA *iliaca interna*, quæ etiam *hypogastrica* vocatur, se distribuit in fœtu in 6. in adulto in 5. ramos, qui intra, & circa pelvem dividuntur.

1. *Arteria umbilicalis* in fœtu penes vesicam urinariam ascendit, & per anulum umbilicalem in funiculum umbilicalem, & per eum ad placentam abit.

2. *Arteria iliaca parva interna* in musculum iliacum internum, & psoas distribuitur.
3. *Arteria glutea* per excisuram ischiadicam egreditur in musculos gluteos.
4. *Arteria ischiadica* per eandem excisuram egreditur, & circa tuberositatem ischii dividitur.
5. *Arteria pudenda* adhuc in cavo pelvis in pudendam externam, & hæmorrhoidalem externam se dividit.

Pudenda externa, quæ extra intestinum rectum, & vesicam urinariam ad corpora cavernosa penis, & in fæminis ad uterum abit.

Hæmorrhoidalis externa per excisuram ischiadicam ex pelvi exit, atque circa anum externe distribuitur.

6. *Arteria obturatoria* per excisuram in suprema parte foraminis ovalis egreditur ex pelve, atque in musculos circa pelvem locatos dividitur.

ARTERIA *iliaca externa* egreditur e cavo pelvis sub ligamento Pupartii, & in interna femoris parte deorsum pergit ad cavum subpopliteum. In hoc itinere *arteria cruralis*, seu *femoralis* vocatur, & in cavo subpopliteo *arteria poplitea*.

Arteria iliaca

1. Arteria
tio ab
num
mam

2. Arteria
circa
distrib

ARTERIA cru
qui ad
lateral
rentib

ARTERIA p
tibialis

Arteria ti
perfora
doctum
perfora
in qua

Arteria tib
arteria

Peronea
forat H
sum pe

Tibialis
parte
interna
qua ar

Arteria iliaca sub exitu ex pelvi dat.

1. *Arteriam epigastricam*, quæ sub musculo recto abdominis in abdomine usque ad sternum ascendit, & ibi cum ramis arteriæ mammariæ internæ anastomizat.
2. *Arteriam iliacam externam parvam*, quæ circa labium externum ossis ilii in musculos distribuitur.

ARTERIA *cruralis* dat multos ramos *musculares*, qui ad musculos femoris abeunt, & *arterias laterales*, quæ cum arteriis genualibus *recurrentibus* a tibiali anastomizant.

ARTERIA *poplitea* ad duos pollices sub poplite in *tibialem anticam*, & *posticam* dividitur.

Arteria tibialis antica ligamentum interosseum perforat, super illo antè descendit ad dorsum pedis, ubi penes pollicem pedem perforat, & in plantam pedis egreditur, in qua cum arcu plantari anastomizat.

Arteria tibialis postica iliaco ramum dat, qui *arteria peronea* vocatur.

Peronea retro fibulam descendit, inferius perforat ligamentum interosseum, & ad dorsum pedis egreditur.

Tibialis postica autem in interna, & postica parte tibiæ descendit, & retrò malleolum internum in plantam pedis egreditur, in qua *arteriam plantarem internam*, & ex-

ternam format, quæ in arcum plantarem, ex qua arteriæ digitales oriuntur, cœcunt.

SYSTEMA ARTERIÆ, ET VENÆ PULMONALIS.

ARTERIA PULMONALIS ex dextro cordis ventriculo oritur, recta affurgit ex pericardio, & ilico in *duos ramos* dividitur.

Ramus dexter sub arcu aortæ in dextrum pulmonem.

Ramus sinister in sinistrum pulmonem abit. Uterque in pulmonis substantia in innumeros ramos, & ramulos retis adinstar in vesiculis pulmonalibus distribuitur, & in venulas pulmonales finitur.

VENÆ PULMONALES innumeris ramulis oriuntur ab extremitatibus anteriorum pulmonalium, demum 4. formant *ramos*, qui in *sinum venosum sinistrum* cordis se evacuant.

DE VENIS GENERATIM.

Venæ sunt canales longi, ac membranacei, qui perpetuo latiores fiunt, non pulsant, atque sanguinem a partibus ad cor revehunt.

ORIGO venarum est duplex.

1. ab *extremitatibus capillaribus* arteriarum per anastomofim.

2. a Super-
ris p
FIBRIS ven
las cord
duplex.
1. in ven
2. - ven
3. - ven
4. - fin
FIGURA ven
DIVISIO in
capill
SIRUS. Ven
alioies
SUBSTANTIA
tenuiore
Extima com
Media filro
Intima poi
VALVULÆ
millunare
apice ven
Usus venarum
cor. Al
interna,

2. a *superficie externa, & interna* totius corporis per venas absorbentes.

FINIS venarum *generatim* est in finus, & auriculas cordis. Sed finis venarum *specialis* est quadruplex.

1. in *venam cavam*.
2. — *venam pulmonalem*.
3. — *venam portæ*.
4. — *finus duræ matris*.

FIGURA venarum *ramosa* est.

DIVISIO in truncos, ramos, ramusculos, & venas capillares, seu absorbentes.

SITUS. Venæ comitantur arterias, sed ut plurimum altiores locantur.

SUBSTANTIA est *ex tribus membranis*, quæ vero tenuiores, quam in arteriis sunt.

Extima *communis*.

Media *fibrosa*, at circa cor *musculosa* est.

Intima *polita* vocatur.

VALVULÆ venarum sunt membranulæ tenues, semilunares, quæ reditum sanguinis in vena ab apice versus basim venæ impediunt.

USUS venarum est *reducere* sanguinem a partibus ad cor. *Absorbere* tenues humores a superficie interna, & externa totius corporis.

SYSTEMA VENÆ CAVÆ.

VENA CAVA incipit, seu se evacuat in dextrum finum venosum cordis, & statim se dividit,
in *venam cavam superiorem*, &
— *venam cavam inferiorem*.

VENA CAVA *superior* recipit omnem sanguinem, qui redit a capite, collo, thorace, & extremitatibus superioribus.

VENA CAVA *inferior*, recipit omnem sanguinem ex abdomine, & extremitatibus inferioribus redeuntem.

Venæ capitis.

Sanguis ex cerebro, facie, & collo redit per
2. *venas jugulares externas*, &
2. *venas jugulares internas*.

Venæ jugulares internæ, incipiunt a foramine lacero cranii, reducunt sanguinem omnem a cerebro, & cerebello, quorum venæ in 22. finus duræ matris, & hi finus ope finuum lateralium in *venas jugulares internas* se evacuant.

Venæ jugulares internæ in collo supra arterias carotides descendunt, & in *venas subclavas* se evacuant.

Venæ jugulares externæ ad latera colli statim sub integumentis communibus colli locantur.

Etiam in venas subclavias se evacuant, & redeunt sanguinem a partibus externis capitis, & colli, hinc in eas se evacuant *vena frontalis, vena angularis, temporalis, auricularis, sublingualis, occipitalis.*

Venæ extremitatum superiorum.

Ex *venis digitalibus* reddit sanguis,
in *cephalicam pollicis*, quæ juxta pollicem, &
in *venam salvatelam*, quæ juxta digitum minimum locatur.

In flexura cubiti sunt tres venæ notabiles,
Basilica, quæ in inferiori,
Cephalica, quæ in superiori parte antibrachii decurrit, &
Mediana, quæ a medietate antibrachii ad basilicam; & cephalicam descendit.

Omnes hæ venæ in *venas brachiales*, hæ in *axillarem*, hæc in *subclaviam* se evacuat.

Vena cava superior.

Venæ axillares sub claviculis decurrunt, & *subclaviæ* vocantur. Utraque subclavia in unum truncum unitur, qui *vena subclavia superior* dicitur. Hæc in postico mediastini spatio decurrit, pericædium perforat, & in sinum venosum dextrum se evacuat. *Vena cava superior*

recipit *venas subclavias externas, jugulares internas, & venam azygos.*

VENA AZYGOS recipit *venas vertebrales, intercostales, bronchiales, & diaphragmaticas.*

Vena cava inferior.

VENA CAVA INFERIOR ab ultima vertebra lumborum in dextro latere spinæ dorsi ascendit, dextrum diaphragmatis foramen transit, atque cum vena cava superiori se unit, & definit cum eadem in finum venosum dextrum cordis.

In cavo abdominis recipit *venas hepaticas, renales, spermaticam dextram, lumbares, sacrales, & iliacas.*

Venæ extremitatum inferiorum.

VENÆ digitales pedis se evacuant,
in *cephalicam*, quæ a pollice,
saphenam, quæ a digito minimo, &
dorsalem, quæ in dorso pedis decurrit.

Hæ cum *venis plantaribus* in *malleolares*, & *surales*, hæ in *venam subpopliteam* se evacuant.

SUBPOPLITEA ascendit, & *femoralem*, seu *venam cruralem* format. Hæc sub ligamento Pupartii in cavum pelvis ingreditur, atque cum *vena*

iliaca int
ternas, &
que ve
venæ cava
lumborum
SYSTE
VENA PORTA
guinem
tiam hep
Truncus hujus
locatur
domina
PARS ABDOM
ponitur n
a vena
vena
vena
Hi tres ram
tricul
fene
bus,
portat
Pars venæ porta
tiam hep
convergunt
cernunt in

iliaca interna, quæ venas hæmorrhoidales *externas*, & *hypogastricas* recipit, se unit. Utraque *vena iliaca* demum in inferiorem partem venæ cavæ inferioris circa ultimam vertebram lumborum se evacuat.

SYSTEMA VENÆ PORTÆ.

VENA PORTÆ vocatur magna illa vena, quæ sanguinem a visceribus abdominalibus in substantiam hepatis ducit.

Truncus hujus venæ circa fissuram hepatis, in qua locatur, in partem *hepaticam*, & partem *abdominalem* dividitur.

PARS ABDOMINALIS a tribus ramis venosis componitur nempe

a *vena splenica*.

vena meseraica, &

vena hæmorrhoidali interna.

Hi tres rami venosi omnem sanguinem a ventriculo, liene, pancreate, omento, mesenterio, vesicula fellea, intestinis tenuibus, & crassis conferunt in sinum venæ portarum.

PARS venæ portarum *hepatica* a sinu suo in substantiam hepatis ingreditur, rami hepatici omnes convergunt, id est *arteriosi* fiunt, & bilem fecernunt in hepate.

Sanguis ab hepate redux ex hepate per *venas hepaticas* in venam cavam sub hepate ascendentem, redit.

CIRCULATIO SANGUINIS IN FOETU.

Fœtus recipit sanguinem a matre per *venam umbilicalem*, & illum matri remittit per 2. *arterias umbilicales*.

VENA UMBILICALIS ex funiculo umbilicali per annulum umbilicalem fœtus intrat, & super peritonæo peculiari vagina involuta ad hepar abit, atque ibi in finem venæ portæ se evacuat. Ex finu venæ portæ *canalis venosus* ad venam cavam sub hepate ascendentem pergit.

ARTERIE UMBILICALES ab arteriis *hypogastricis*, seu *iliacis internis* ortæ, juxta vesicam urinariam ascendunt, & per annulum umbilicalem exeunt ex abdomine per funiculum umbilicalem ad placentam.

Sanguis in fœtu a dextro cordis ventriculo ad sinistrum per *tres vias* pergit.

1. Per *arteriam pulmonalem* prout in homine adulto.
2. Per *foramen ovale*, quod in septo auricularum est, ex una auricula cordis in alteram.

3. Per *canalem Botalii*, qui ex trunco arteriæ pulmonalis oblique ad truncum aortæ decurrit.

DE VASIS LYMPHATICIS.

Sunt tenuissima, & pellucida vasa, quæ lympham a partibus revehunt.

FIGURA est ramosa, ut venæ perpetuo latiora fiunt, & a valvulis nodosa sunt.

SITUS. In superficie viscerum *thoracis*, & *abdominis*.

- *faciei* parte inferiori, & musculis linguæ.
- *collo* juxta venas majores.
- *extremitatibus* superioribus, & inferioribus.
- *pelyi* juxta vasa iliaca, & funiculum spermaticum decurrunt.

DEFECTUS horum vasorum est in cerebro, oculo, & peritonæi parte anteriori. In hisce locis saltem nondum detecta sunt.

ORIGO est ab arteriis a cavitatibus majoribus, ex tela cellulosa, ex visceribus, & viscerum ductibus excretoriis.

FINIS omnium vasorum lymphaticorum, colli, thoracis, abdominis, extremitatum superiorum, & inferiorum est in *ductum thoracicum*.

SUBSTANTIA. Constant ex duplici tenera, pellucida, robusta, tunica.

VALVULÆ. Creberrimis valvulis gemellis ubique intercepta sunt, quæ refluxum lymphæ impediunt.

GLANDULÆ lymphaticæ, seu conglobatæ. Sunt peculiare genus glandularum, quod in itinere vasorum lymphaticorum ubique invenitur. Has glandulas subeunt hæc vasa, & ex his iterum redeunt. Hæ glandulæ sunt glomeres vasorum lymphaticorum, in quibus hæc arteriosa fiunt, & iterum venosa facta exeunt.

USUS vasorum lymphaticorum est reductio lymphæ a partibus in ductum thoracicum, in quo chylus lymphæ gelatinosa diluitur.

USUS glandularum lymphaticarum est: Secretio succi gelatinosi, qui lymphæ in glandula admiscetur.

